



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

Dig. 15. De interioru[m] sensuu[m] numero, ad tex. com. 62.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

henderē, ac sibi efformare, quæ in sensus incidunt; non item ad intellectalia, spiritalia, & indiuidua transire; proprium phantasiæ est. Quare intellectus vno tantum modo sine sensu non fit: nempe quoad excitationem; phantasia duobus plane. Tum propter antecedentem sensus actionem, quæ illum ad agendum mouet. Tum propter comitantem; quia nihil nisi corporeum & sensibile fingere sibi potest. Quoad ostendendum phantasiæ vim esse materialem & corpoream pertinet.

Quartò adiungit, actionem sensus mouere posse, motumque illum, qui phantasia videtur esse, à sensu fieri. Mouet autem eodem modo, quo externum obiectum ad agendum mouit ipsum sensum. Nimirum obiectum illud ei proponendo, quod sensus cognoscens in seipsum cognitionis actu traduxit & transformauit, formam eius cognitam sine materia suscipiens. Hanc dum obijcit phantasia, illam quoque ad operandum excitat.

Vbi obiter obseruabis, non ab intentionali specie ab obiecto immissa atque impressa; sed ab ipsamet sensus cognitione, non vt est actio, sed vt est forma obiecti cogniti, phantasiam ad agendum moueri; *τὸ τὸν ἰσχυρὸν τῆς αἰσθητικῆς*, inquit Aristoteles. Vanamque esse nec Philosopho consentaneam opinionem eorum, qui ab illis eam moueri asserunt.

Vnde postremò deducit, motum illum à sensu actu factum similem illi esse oportere. Quod non solum ita intelligendum est, vt eadem sit res sensu & phantasia percepta; propterea quòd intellectui quoque id conuenit, qui eadem sanè intelligit, quæ sensu & phantasia proponuntur. Sed etiam eisdem sensibus conditionibus affecta cognoscatur. Quare phantasia distat ab intellectu, qui ad incorporeum & intellectuale transire potest, & absque figura, quantitate, aliisque id genus sensibus affectionibus naturam quamque contemplari.

Ex quibus omnibus phantasiæ definitionem colligit. Phantasia est motus à sensu factus, eorū proprius, quæ habent sensum, dum actu & re ipsa sentiunt. Scio Philoponum secus omnino interpretatū fuisse: cum quæ phantasiæ motus sensui similis dicitur, Aristotelē voluisse relicta phantasiæ definitione alterū aggredi explanationis caput, Quid phantasia & sensui commune sit. At ego illa ipsa verba ad inuestigandam definitionem arbitror pertinere. Est enim adhuc suspensa oratio nec dum perodus absoluta, nisi vbi definitionē colligit (fuerit vtique ipsa motus, &c.) Totaq; oratione ex quibusdā acceptis ad totam definitionem colligendam ita progreditur. Cum in cæteris rebus id eveniat, vt vno moto moueatur aliud; ac phantasia motus quidam videatur esse, nec sine motu fieri; sed sentientibus solis, deque iis, quorum est sensus: ac rursum à sensu actu fieri possit motus, quem sensui similem esse oportet: phantasia vtique huiusmodi motus fuerit à sensu factus atque in sentientibus solis existens. Cuius ratiocinationis antecedens quinque illis hypothesibus constat, quas seorsim commemorauit: & consequens phantasiæ definitionem ex illis colligit. Quam ob causam Simplicius singulis illis hypothesibus subaudiendam esse voluit eandem illam particulam (quoniam) quæ primæ opponitur, quousque tandem absoluta oratione definitio quaesita concludatur.

Phantasia vbi non sine sensu.

Vt sensus phantasia moueat.

Contra species intentionales.

Phantasia definitio.

Digestio xv. De interiorum sensuum numero.

IN euoluēda phantasiæ natura verè adnotasse videtur Simplicius, ex actionibus philosophum substantiam eius coniectasse. Etenim propolitam in initio methodum ex operationibus ad facultates progrediendi obseruare vbiq; voluit. Neque tam phantasticam facultatem, quam operationem definiuit; vbi motum à sensu factum dixit. Inde verò Philoponus inter cæteros definitionem collegit facultatis; Phantasia facultas est susceptiva per medium sensum formarum sensilium. Dicitur & interiorum sensum esse, à quo fit operatio à sensu actu profecta.

Ego verò magnopere vereor, ne operationem phantasticam, non facultatem, definiuerit; quòd eam esse à ceteris facultatibus non esse à communi sensu de quo antea egit, profusus distinctam; sed quandam solum interiorum sensuum operationem ab ea diuerfam, quæ communis sensus esse existimatur. Sane hoc ita esse multa restantur. Primum; quòd iam antecedenti tota tractatione nunquam ita facultates eas definiuit, quas veras & ab aliis distinctas facultates esse credidit. Nutrientem dixit animæ facultatem esse, quæ viuens vt tale esse conseruatur. Vnde augentis quoque & procreantis definitiones colligi voluit. Deinde seculum vniuersæ facultatem à sensibus obiectis patiendi esse tradidit. Et rursum facultatem esse sensilium formarum susceptricem sine materia. Quare eodem modo phantasiam definiuisset; si non operationem, sed facultatem à cæteris distinctam esse iudicasset.

Deinde quod in superiori tota oratione non tanquam de facultate, sed tanquam de actione semper de illa loquutus est. Vt in tex. 155. phantasia est, secundum quam phantasia aliquid in nobis fieri dicimus. Et tex. 156. sensus semper adest, phantasia non semper. Quòd si facultas esset; non minus, quam cæteræ facultates, adesse semper, esse non operaretur. Tum verò intelligi potest ex libro de somniis cap. 1. Quo loco eadem hac definitione repetita idem esse ait *τὸ αἰσθητικὸν τὸ ἐκείνου*, solaque ratione differre: quòd *αἰσθητικὸν* dicitur, vt obiecta presentia cognoscit; & *ἐκείνου*, vt cetera absentium phantasmata versatur (& in superiori tex. 161. phantasiam dixit sine sensu non esse, solisque sentientibus inesse.) Et tideo somnare *ἐκείνου* quidem esse, sed quatenus *ἐκείνου* est *αἰσθητικὸν* autem eo loco sensum communem significare certum esse. Quoniam hoc argumento probatur illius esse somnare; quia eiusdem est somnare, cuius esse dormire, eiusdem somnium & somnus: somnus autem communis sensus passio existit, vt in cap. 2. libri de somno & vigilia demonstratur. Rursum in libro de mem. & remin. cap. 1. phantasia legitur communis sensus passionem esse: indeque colligi, memoriam primū sentitiui, hoc est communis sensus per se esse. Et paulò post affirmari esse phantasiæ: eaque per se memorabilia dici, quorum est phantasia; cætera ex accidenti.

Propterea igitur phantasiam credens facultatem non esse vllam animæ re à communi sensu distinctam, sed diuersam solum eiusdem facultatis operationem; tanquam operationem potius, quam tanquam facultatem, definiuit; illud solum addens, quòd illius proprium erat. Si enim phantasia eiusmodi

Propterea igitur phantasiam credens facultatem non esse vllam animæ re à communi sensu distinctam, sed diuersam solum eiusdem facultatis operationem; tanquam operationem potius, quam tanquam facultatem, definiuit; illud solum addens, quòd illius proprium erat. Si enim phantasia eiusmodi

Propterea igitur phantasiam credens facultatem non esse vllam animæ re à communi sensu distinctam, sed diuersam solum eiusdem facultatis operationem; tanquam operationem potius, quam tanquam facultatem, definiuit; illud solum addens, quòd illius proprium erat. Si enim phantasia eiusmodi

Digressio xv.

modi motus est, quo anima sensuum exteriorum A cognitionibus excitata format diuersa rerum phantasmata; quum est facultatem, quae ex exteriorum sensuum operatione obiectum accipit, esse immediate cum illis conjunctam, atque cum illis operari; obiecta quoque illorum omnia cognoscere, cognitaque coniungere ac variis modis componere. Haec autem facultas exterioribus sensibus proxima communis sensus est. Coniungi sane non possunt exteriorum sensuum obiecta à phantasia, nisi cognoscantur; haecque cognitio sensus communis propria praedicatur. Et si absentia illa obiecta cognoscere phantasia concedatur ab omnibus, quidni praesentia quoque cognoscat? Experiuntur enim eam praesentibus item obiectis operari, eorumque simulachra fingere ac componere. Neque potest idem actus plurium facultatum proprius esse. Itaque praeter exteriores sensus interiorum vnicam facultatem sentientem philosophus posuit, cuius diuersae sint operationes. Quarum duas exposuit ante alteram, exteriorum sensuum sensiones percipere; alteram, illorum obiecta diiudicare. Propter quas communis sensus veluti communis iudex appellatur. Tertiam nunc adiecit, quae tum praesentium, tum absentium rerum phantasmatum seu imaginum formatio est; videlicet phantasia seu imaginatio nominatur. Nec parum miror Albertum eas tanquam duas facultates posuisse, phantasia inquam & imaginacionem. Quam in re sequutus Auicennam est in prima sen. primi Can. doct. 6. cap. 5. & Algazelem in 2. philosophiae libro tract. 4. cap. 4. Neque enim alio modo, quam voce, differunt. Vt quam Graeci phantasia dicunt, Latini philosophi imaginacionem appellant; nec apud Aristotelem aliud, quam phantasia, reperitur.

Sed latior sese offert de toto hoc controuersiae genere dicendi capus. Idem enim illi auctores alii que nonnulli, qui eos sequuti sunt, quing; omnino sentientes interiores facultates distinxerunt; communem sensum, imaginatricem, aestimatricem, phantasticam, memoratricem. Communis sensus sensiles formas conuenientiamque ac discrimen obiectorum sensuum particularium diiudicat. Imaginatrix sensiles conseruat species, quibus absentia cognoscantur obiecta. Aestimatrix intentiones non sensiles, amici & inimici, commodi & incomodi, patris & filij, aliaque similes, comprehendit. Phantasia species, tum sensiles, vt montem & aurum, hircum & ceruum; tum non sensiles, vt inimicum & noxiu, amicum & utile aut delectabile; tum etiam sensiles & non sensiles, vt hominem & amicum, coniungit. Denique memoratrix ea omnia conseruat & retinet, quae phantasia percipit. Ita tres sunt cognoscetes duntaxat virtutes, communis sensus, aestimatrix, & phantasia; vna conseruans & cognoscens, imaginatrix: postrema conseruans & non cognoscens, memoratrix. Vt. n. imaginatrix ea conseruat, quae communis cognouit sensus; ita memoratrix ea, quae phantasia percipit. Neque alia est ratio, cur haec virtutes in anima distinguantur, nisi haru operationu diuersitas in animalibus obseruata. Quamquam Auicenna & phantasia tertio loco inter imaginatricem & aestimatricem memorauit; & imaginatricem non cognoscentem, sed solum conseruantem fecit. Sexta in homine iunioris aliqui reminiscerent à memoratrice distincta propterea videntur addere; quod haec ratio in ratione caret & cum bestiu communis sit; illa in homine solo rationatione vtatur. Alij etiam

septimam cogitatricem, quae cum quadam rationatione vel singularem etiam substantiam cognoscat.

Illam verò iam in scholis percrebuisse opinio videtur, quae fuit Auerrois in com. 6. libri 3. & in 2. colliget c. 7. & in li. de mem. & remi. 20. & c. 2. & S. Thomae in 1. p. sum. q. 78. art. 4. Hi quadruplici facultate fuere contenti; communi sensu, imaginatrice seu phantastica, aestimatrice seu cogitatrice, memoratrice seu reminiscente. Imaginatio quippe & phantasia differunt sola voce, remque eandem significant. Aestimatrix autem & cogitatrix, memoriaque & reminiscencia subiecto distinguuntur; dum altera in bestiu, altera in homine nominatur. communis sensus praesentia obiecta cognoscit; phantasia absentia quoque; aestimatrix intentiones non sensiles, in bestiu natura & instinctu, in homine singularu intentionu collatione; memoratrix demum praeteritoru est.

Permulti etiam tres tantum posuerunt. Turisanus in 2. artis parua com. 17. & Io. Fernelius lib. 5. Physiol. c. 8. & li. 6. c. 11. communem sensum, phantasia, & memoria; Nemesius li. 4. philosophiae c. 6. phantasia cogitatrice, & memoratrice. Alij demum communem sensum, phantasia, & aestimatricem; quod memoria non sensus, sed habitus potius aut affectio quaedam sit. Immo & aliqui duas; sensum communem, & memoria Iacobus Foroliriensis in 2. artis parua quaest. 16. Aut phantasia & memoria Christophorus Marcellus in 4. lib. de anima.

Ego verò docere pergam quod aggressus sum, vnicam esse facultatem, quae vt alias atque alias funciones habet, alijs atque alijs vocibus appellatur. Vt inquam exteriorum sensuum praesentia obiecta percipit ac diiudicat, communis sensus; vt absentia quoque cognoscit eorumque simulachra format & componit, phantasia; vt non sensiles rationes comprehendit, aestimatrix, aut in homine cogitatrix: vt demum cognitarum interea rerum cognitionem repetit, siue sensiles sint, siue non sensiles, memoria, siue in homine reminiscencia dicatur. Et quidem ex pluribus Aristotelis locis ostensum est phantasia & communem sensum eandem facultatem esse. Iam aestimatricem apud eum non reperies; quae tamen sentientium facultatum praecipua & optima esse creditur. Sed statim post phantasia de intellectu dicere aggressus est in hisce de anima libris, dum sentientes omnes facultates diligentissime separaret ac singulas accuratè persequeretur: quod nullam crederet post phantasia superiorem sentientem facultatem esse; sed vt loquitur Themistius cap. 10. phantasia in confinio esse sensus & intellectus positam. Et Plutarchus Philoponi testimonio in commentario textus 162. eam inquebat inter irrationalem & rationalem mediàm esse, velut vnus finem & alterius principium; quemadmodum in linea punctum. Quod si quis quidem, quam nos aestimationem vertimus aut *deporat* sepius nominauit: Sed vtraque ad intellectum pertinet, & altera intellectus actionem omnem, altera eiusdem rationationem significat. Nam propterea in tex. 154. in scientiam, opinionem, & prudentiam partitus est hypolepsim: & cum in tex. 155. *deporat* in phantasia & hypolepsin diuisisset, statim de phantasia disseruit & post phantasia de intellectu. Et in li. de mem. & remin. cap. 1. Memoria inquit neque est sensus, neque existimatio, hoc est intellectus; sed horum alterius habitus aut affectio. Accedit, quod illas ipsas operationes, quae aestimaticos esse dicuntur, quae quid vt-

Sensus communis operatio.

Phantasia seu imaginatio idem.

Opinio de sensuum interiorum numero.

Inferiorum sensuum vna esse.

Aestimatrix non esse à phantasia distinctam.

le sit, cognoscit, quid noxium; quid amplectendū, quid fugiendū; phantasia is tribuere consuevit. Nā in tex. 32. animalia, quæ rationatione & intellectu carent, sola dixit phantasia viuere: & tex. 162. animalium operationes à phantasia regi; bestiarum quidem semper, quòd mente careant; hominis autem, cum ea non vitur. Et rursum in proëmio Metaph. phantasia & memoriis viuere bestias, quòd vim nullam phantasia superiorem habeant, inquit Themistius cap. 15. Verum ex eisdem locis aliud petitur argumentum. Cùm enim phantasia ponat philosophus facultatem in bestiis supremam atque in homine ad intellectum proximè accedentem; manifestum profectò est æstimatoricem illam à phantasia diuersam cum non agnouisse; sed illas ipsas æstimatoricis operationes phantasia tribuisse. Nam & in tex. 48. lib. tertij phantasia fecit principium motus prosequutionis aut fugæ, dum appetitum mouet atque ad agendum prouocat: quòd æstimatoricis creditur esse, quæ vtile & noxium, amplectendum & fugiendum cognoscit. Est enim neque facultati maximè naturale, vt si quidpiam in aliquo genere apprehendat, conueniens quoque aut non conueniens animaduertat. Siquidem propterea cognoscentes virtutes animalibus tributæ sunt, vt quid vtile aut inutile, quid commodum aut incommodum illis esset, diiudicarent: omnemque huiusmodi cognitionem sensum habere, vel ipsi exteriores testantur sensus; quorum vnusquisque obiecti sui iucundum & iniucundum per sentiscit. Atque si non sensilium intentionum æstimatoric facultas sit à phantasia diuersa, eam oportet incorpoream & spiritalem esse, vt incorporea & spiritalia diiudicet; aut si ea corporea sit, cur illas non possit phantasia corporea diiudicare?

*Obiectio duplex soluitur*

At n. Theophilo Medico egrotati refert Galen<sup>us</sup> in lib. de Sympt. differ. c. 3. læsam fuisse imaginatricem virtutem, sana & incolumi æstimatoricem: deò tibicines angulum domus, vbi decubuit, occupasse, assidueque die ac nocte sonare & pulsare, seque intueri putasse; atque vt domo eicerentur, iussisse: ac rursum phrænetico alteri æstimatoricem læsam; incolumi & sana imaginatrice; qui fores sibi occlusit intrinsecus, & singula vasa per fenestram proiebat; illorum scilicet vsum non æstimans. Verum ne hæc quidem facultatum diuersitatem demonstrant. Theophilus enim siue ob timorem vehementemque mortis apprehensionem, siue ob turbatos vi morbi oculos, Tibicines sibi videre videbatur. Neque in hoc læsa imaginatio fuit; immò vigeat maximè: quippe quæ postea ea quoque, quæ præsentia non erant, formare & vt præsentia poneret: & quidem tanquam mortis nuntios. Tum verò sequutus est æstimatoricis actus, quæ illos vt malum quidpiam & inimicium naturæ iubeat expelli. In altero autè phrænetico aliqua fuit læsio, ob quam operatio vna lædebat, altera ritè promebatur. Læsa namque imaginatio fuit, ne circa intentionē non sensilem promere possit nobiliorem æstimationis actum, sed solū circa sensilem versaretur: aut inde molestiam caperet, vnde minimè debuisset: aut omnino etiam alteri actui eliciendo non attenderet, tota circa intentionē sensilem occupata.

*Memoria viā facta est distincta non esse.*

Iam igitur postremo superest ostendendum, memoriam à phantasia & sensu distinctam facultatem non significare. Aperta ratione id philosophus docuit in cap. 1. eius libri, quem nobis de illa reliquit. Memoria, inquit, neque sensus est, neque existima-

tiōsed horū alicuius aut habitus aut affectio, cum factum fuerit tempus. Nemp̄ facultas eadem, quæ primū cognouit, quasi habitu facta eadem rursum rem antea cognitam recognoscit. Quæ quoniam præteriti tēporis cognitio est necessaria; sola illa animalia conficit valere memoria, quæ temporis sensum habent; illoque ipso principio memulise, quo sentiunt. Et rursum quoniam tēpus ab ipse magnitudine & motu non sentitur, hæcque phantasia nō comprehendunt; phantasia cōcludit communis sensus passionem esse, atque illius cognitionem ad primū sensitiuū pertinere; memoriamque per se r. sensitiuū, hoc est communis sensus esse, intellectiui autē ex accidenti: quippe nec intellectiui memoria sine phantasmate est. Sed quam primi sensitiui esse dixerat, eandē mox phantasia subiungit esse. Cuius igitur, inquit, eorū, quæ animæ memoria sit, manifestum est, quòd cuius & phantasia est: & sunt memorabilia per se quidem, quorum est phantasia; ex accidenti autem, quæ cumque non sine phantasia. Ex quibus constat, communem sensum, phantasia, & memoriam, eandem re philosopho facultatem fuisse. Iam in capite 2. eiusdem libri exemplo animalis picti pulchre ostendit, quæ admodum idem phantasma sit & memoriale, simulque & phantasia vsui sit & memoria. Ex quo etiam consequens est, eandem re facultatem & phantasia & memoriam esse. Vt, inquit, in tabula pictum animal & animal est & imago; & idem & vnum ipsum vnum est ambo, esse autem non idem amborum; & est considerare & vt animal & vt imaginem: sic & quod in nobis phantasma oportet latere & ipsum aliquid secundum se esse, & alterius phantasma. Quatenus igitur secundum se, speculamen est aut phantasma, quatenus autem alterius, imago & memoriale. Ita tandem conficit, memoriam esse phantasmatis, non vt phantasma est (hoc enim est phantasia) sed vt imaginis: eamque primi sensitiui esse, quo tempus sentiunt. Etenim meminisse rei præterite, hoc est rei antea cognitæ, cognitionem significat: duoque in memoria pectantur, cognitio & rei præterite anteaque cognitæ cognitio; vt non tā cognitio sit, quin eiusdē rei cognitio repetitaue cognitio. Tota cognitionis vis ad sentientem illam facultatem pertinet, quæ primū cognouit. Illa enim ipsa recognoscit, memoriaque vocatur; non quia cognoscit, sed quia cognoscit id, quod antea fuerat cognitum. Quare cum omnis facultas sentiens cognitionem significet, quia sentire cognoscere est; si memoria vim cognoscendi non habet à facultate diuersam, quæ primū cognouit; sed solū rationem illam præteriti, qua non aliquid noui cognoscitur, sed id ipsum, quod antea fuerat cognitum: nullam potest diuersam constituere facultatē, sed affectionē quandam & habitum illius significat vt sub ratione præteriti cognoscat, velut habitum iam cognoscendi habens. Eiusdem quidem certè rei cognitio essentialiter à prima non distinguitur cognitione: Quæ igitur distinctæ facultatis necessitas? Neque etiā obiectum diuersum est. Quippe nil aliud cognoscit, quàm sensilem aut non sensilem intentionem phantasia aut æstimatione antea comprehensam. Quam autem addit, ratio præteriti, modus duntaxat cognitionis est; vt non noui, sed iam cogniti obiecti cognitio sit. Fac memoriam distinctam à cæteris facultatem esse si quæpiam alia facultas obiecti antea cogniti cognitionē repetere-

reret, nonne eam diceret præteritum aliquid cognoscere, & habere quiddam dicitur habere memoria? Non igitur propterea credendum est memoriam distinctam aliquam facultatem esse, quod iam cognita recognoscatur, sed affirmandum, priorē aliquam facultatem cognitionem suam repetentem appellare memoriam. Denique si vlla esset distincta huius facultatis necessitas; an vt retineat & conseruet? Siquidem percipere & retinere non videntur eiusdem esse posse virtutis. Atqui si sentire est cognoscere, sensusque facultas sentiens est; nulla esse potest facultas sentiens, quæ cognoscens nō sit; nulla, quæ actum aliquem & operationem non habeat; actumque & operationem sentientis facultatis sentire dicimus, hoc est cognoscere. Retinere namque & conseruare operationem nullam significat, sed susceptionē & passionem: nisi in conseruante agēs quæpiam qualitas cogitur; vt in loco naturali, qui locatum corpus conseruandi vim habet. Sanē memoriæ operationem philosophus prædidit esse rei præteritæ meminisse; hocque retinere non est & conseruare, sed rem iam antea cognitam recognoscere: quod illius ipsius, quæ antea cognouit, facultatis esse diximus. Quod si retentione conseruationeque opus sit, eadem nimirum facultas cognoscet & retinebit conseruabitque. Nam & in vehementioribus obiectis idem aspectus videt & aliquandiu visionem retinet. Si enim cognitum aliquid conseruandum sit, suscipi illud oportet in eo, quod conseruaturum est: at cognitum non suscipitur in facultate, nisi per cognitionem cum ea vniatur: cognitioque immanens operatio est: non ergo suscipi potest nec conseruari nisi in illa ipsa facultate, quæ cognoscit. Neque conseruari speciem aliud quiddam est, quàm conseruari determinationem illam cognitiuam aut iudicatiuam antea factam. Qui verò specierum ab obiectis immixtarum conseruationem postulant; eas viderint, si modo vllæ sint, nō in facultate suscipi, sed in spiritu aut cerebro; ac proinde in his, non in illa, conseruari: conseruationemque soliditatis instrumenti esse.

Ita memoriam conseruatiuam facultatem ab aliis distinctam non esse: sed vt Aristoteles pronuntiauit, habitum aut affectionem facultatis alterius. Quam ob causam in libris hisce de anima, dum sentientes omnes facultates persequitur, inter eas memoriam non commemorat; quemadmodum nec æstimatricem. Sed solum communem sensum & phantasiam: quia etsi vna sit re ipsa facultas, duplicem tamen habet operandi modum, tum circa præsentia, tum circa absentia obiecta. Vnica igitur facultas est, quæ vt diuersarum operationū principium existit, alio atque alio modo confederata, ratione multiplex est; tumque communis sensus, tum phantasia, æstimatrix, & memoratrix appellatur. Siquidem ipsemet philosophus *ἀισθητικὴ καὶ φανταστικὴ* re idē, ratione diuersum, esse prædidit.

Ita Philoponi definitionem accipias. Alioquē ipse idem interpres in Theoria ad textum 144. Idem, inquit, phantasiam dicit & communem sensum. Et Simplicius hoc loco, dum illam scribit eodem organo vti, non quatenus sensitiuo, sed quatenus phantastico, nonne eandem re facultatem esse confirmat? Et in textum 153. phantasiam ait à philosopho in memoratrice facultate reponi. Nec secus Alexander in priorē libro de anima cap. 19. Vis autem phantastica subiecto quidem eadem est cum

A sentiente, sed ratione differens. Quod quatenus sentiens circa præsentia sola operatur, quatenus autem phantastica, circa absentia quoque. Et Theophrastus in priorē libro de mem. & remin. cap. 6. eadem nos ait animæ particula recordari, quæ sentimus. Et cap. 10. phantasiam & memoriam subiecto eandem esse; quod vtraque communis sensus affectio sit. Et cap. 11. phantasiam proprie actum, non facultatem, appellari. Et Ephesius Michaël in præfatione ad eundē Aristotelis librum, sentire à philosopho vsurpari pro imaginari: quoniam sensus & imaginatio idem sunt, ratione diuersa. Et rursum, Quoniam memoria idem cum phantasia subiecto est, ratione verò diuersa: rursus phantasia idē cum sensu subiecto est, ratione verò altera: propterea fit, vt qua in animæ parte sentiamus, in eadem simul imaginemur pariterque meminerimus. Et post aliqua: Ceterum imaginatrix facultas subiecto quidem cum sentiente eadem est, definitione verò ac ratione differens. Siquidem sentiens est quamdū præsentium sensuum perceptrix est; imaginatrix autem, quatenus ad imaginabilia operatur. Quod fit, vt sensus & imaginatio idem esse videatur. Phantasia verò frequentius reiterata, confirmatur memoria & erigitur. Ac demum, Quoniam memoria & phantasia subiecto idem, similiter sensus & phantasia idē subiecto sunt, verissimè dicitur inibi memoria memoria habere, vbi sensum. Hęc illi & alia huius generis plura. Quare si facultas formarum sensuum susceptrix à Philopono definitur, nimirum eadem re cum communi sensu facultas, sed alia quadam ratione per ordinem ad propriam suam operationem considerata definitur.

Iam verò vnitatis interioris huius facultatis, quam hætenus per partes stacimus, duo quasi generalia argumenta subiiciam. Alterum ex obiecto & operatione, alterum ex organo ductum. Facultates ex obiectis & operationibus distinguendas & separandas esse, antea positum est, ex integris inquam obiectis & operationibus adæquatis. At cum obiectum & operationem huius facultatis querimus, vt est de sentiente facultate sermo, ita circa sensibile aliquid obiectum adferre actionem oportet. Et quoniam interioris facultatis actio & obiectum queritur, interior actio circa interius obiectum adferenda est. Vt igitur actionem & obiectum aspectus & auditus, exteriorum facultatum, quærentes; esse dicimus exteriorum aspiciendi & audiendi actionem, obiectumque sensibile externū, aspectabile aut audibile: sic interioris sensus adæquatam actionem pronuntiabimus interiorem sensationem esse atque obiectum integrum sensibile internum. Etsi enim horum plures sint veluti partes, ea tamen omnes in vnam hanc communem rationem conueniunt: circa quam per actiones plures facultas vnica versari potest. Tum quod plures illæ actiones, pluraque, quæ videntur esse, obiecta, inter se ordinata sunt. Tum quod vnicum est organum, vt mox exponam. Secus res habet in exterioribus. Nam cum & organa plura sint temperatione ac situ diuersa; & actiones atque obiecta nullo modo subordinata; pluribus omnino facultatibus opus est. Quæ n. aspectabilis & audibilis, quæ visionis & auditionis cognitio? At præsens obiectum aut absens, commodum aut incommodum, nunc primum aut antea cognitum, idem semper est: hæc quæ cognitiones omnes plurimum sunt inter se connexæ ac complicatæ.

Iam verò vnitatis interioris huius facultatis, quam hætenus per partes stacimus, duo quasi generalia argumenta subiiciam. Alterum ex obiecto & operatione, alterum ex organo ductum. Facultates ex obiectis & operationibus distinguendas & separandas esse, antea positum est, ex integris inquam obiectis & operationibus adæquatis. At cum obiectum & operationem huius facultatis querimus, vt est de sentiente facultate sermo, ita circa sensibile aliquid obiectum adferre actionem oportet. Et quoniam interioris facultatis actio & obiectum queritur, interior actio circa interius obiectum adferenda est. Vt igitur actionem & obiectum aspectus & auditus, exteriorum facultatum, quærentes; esse dicimus exteriorum aspiciendi & audiendi actionem, obiectumque sensibile externū, aspectabile aut audibile: sic interioris sensus adæquatam actionem pronuntiabimus interiorem sensationem esse atque obiectum integrum sensibile internum. Etsi enim horum plures sint veluti partes, ea tamen omnes in vnam hanc communem rationem conueniunt: circa quam per actiones plures facultas vnica versari potest. Tum quod plures illæ actiones, pluraque, quæ videntur esse, obiecta, inter se ordinata sunt. Tum quod vnicum est organum, vt mox exponam. Secus res habet in exterioribus. Nam cum & organa plura sint temperatione ac situ diuersa; & actiones atque obiecta nullo modo subordinata; pluribus omnino facultatibus opus est. Quæ n. aspectabilis & audibilis, quæ visionis & auditionis cognitio? At præsens obiectum aut absens, commodum aut incommodum, nunc primum aut antea cognitum, idem semper est: hæc quæ cognitiones omnes plurimum sunt inter se connexæ ac complicatæ.

Iam verò vnitatis interioris huius facultatis, quam hætenus per partes stacimus, duo quasi generalia argumenta subiiciam. Alterum ex obiecto & operatione, alterum ex organo ductum. Facultates ex obiectis & operationibus distinguendas & separandas esse, antea positum est, ex integris inquam obiectis & operationibus adæquatis. At cum obiectum & operationem huius facultatis querimus, vt est de sentiente facultate sermo, ita circa sensibile aliquid obiectum adferre actionem oportet. Et quoniam interioris facultatis actio & obiectum queritur, interior actio circa interius obiectum adferenda est. Vt igitur actionem & obiectum aspectus & auditus, exteriorum facultatum, quærentes; esse dicimus exteriorum aspiciendi & audiendi actionem, obiectumque sensibile externū, aspectabile aut audibile: sic interioris sensus adæquatam actionem pronuntiabimus interiorem sensationem esse atque obiectum integrum sensibile internum. Etsi enim horum plures sint veluti partes, ea tamen omnes in vnam hanc communem rationem conueniunt: circa quam per actiones plures facultas vnica versari potest. Tum quod plures illæ actiones, pluraque, quæ videntur esse, obiecta, inter se ordinata sunt. Tum quod vnicum est organum, vt mox exponam. Secus res habet in exterioribus. Nam cum & organa plura sint temperatione ac situ diuersa; & actiones atque obiecta nullo modo subordinata; pluribus omnino facultatibus opus est. Quæ n. aspectabilis & audibilis, quæ visionis & auditionis cognitio? At præsens obiectum aut absens, commodum aut incommodum, nunc primum aut antea cognitum, idem semper est: hæc quæ cognitiones omnes plurimum sunt inter se connexæ ac complicatæ.

Memoria est virtus

Cognoscere est virtus

De interioris sensus obiecto.

De or-  
a no  
i se sū d.

De organo autem inter Aristotelis interpretes & medicos contentio non levis. Nam cum Aristoteles principium sentientis facultatis ac sedem in corde esse voluerit, crediderunt ferè interpretes Græci illud ipsum interioris sensus organum esse. Ita Alexander, in prioribus libro de anima cap. vlt. & Themistius in 1. lib. de mem. & remin. cap. 11. 12. & 13. & lib. 2. cap. 8. 14. & 19. & Michael Ephesius sæpius in eundem Aristotelis librum. Contrà medici sensus omnis principatum cerebro tribuentes in anteriore ibidem collocarunt sensum. Nos de cordis principatu copiosè alibi disseruimus: atque ita hoc membrum tum sentientis, tum aliarum virtutum omnium principium ac fontem esse posuimus; vt non omnium tamen operationes in eo, sed in aliis cuique constitutis organis perficiantur. Exteriorum sensuum organa exposita sunt, dum de singulis ageretur; eaque ferè propè cerebrum natura posuit, quòd in sentiendi virtute membrum illud quasi cordis vicarium esse voluit. Iam anteriorem in illo ipso vigere credendum est. Tum quòd temperatus in eo magis sit spiritus ad hanc operationem aptus. Tum quòd in ea parte imaginari nos ac rerum simulachra fingere varijsque modis componere: & caput in hisce ac similibus cæteris operationibus laborare ac fatigari, nos ipsi momentis omnibus experiamur. Læto autè cerebro hæc omnes operationes læduntur. Atque cum exteriores sensus propè cerebrum sint, anteriorem in ipso meti vigere oportet. Hactenus video penè omnes iam scholas consentire. Et Aristoteles quoque in extremo li. de mem. & remin. exponens quinā minis memoriam valeant, eandē significauit sententiam, dū eos minis valere tradidit, quibus superiora maiora; quòd pondus multum in sensu habent.

In quac-  
ori parte  
sit.

At in quam cerebri parte sit, non item. Communem n. sensum & phantasiam in anteriori ac humidiori parte, æstimatricē & memoriā in posteriori & sicciore ponunt permulti: quòd priores celeriori, posteriores tardiori motu indigeant. Auerroës in com. 6. lib. 3. de anima, & in lib. de mem. & remin. cap. 2. & in 1. Canticorum com. 84. tres duntaxat in cerebro sinus agnoscens, anteriorem, medium, & postremum; in primo communem sensum & phantasiam, in altero æstimatricem, in tertio memoriā collocavit. Sed parū is omnino in Anatomicis exercitatus fuit. Dissecando namque quatuor profus sinus animaduertimus, eosq; alio modo dispositos: anteriores inquam duos, dextrū & sinistrū; & his posteriore tertium, ac demū in nucha quartum omnium postremum. Atque in duobus prioribus communem sensum & phantasiam plerique posuerunt: siue alterum in dextro, alteram in sinistro: siue in anteriore vtriusque parte communem sensum, in posteriore phantasiam: in tertio æstimatricem, atque in quarto memoratricē. Alij verò tertium sinum nullius facultatis esse contendunt, sed veluti transitum spiritus ab anterioribus ad postremum: atque in duobus prioribus tres omnino facultates, & in postremo memoratricem ponunt. Alij demum in anteriori cerebri parte facultates omnes esse volunt: posterioremque crassiores & sicciorem mouendo, non sentiendo, dicatam esse.

In fini-  
bus ce-  
rebri sit  
esse.

Verū tota hæc auctorum omnium dissensio mihi quidem certè non leue argumentum est eius, quod dixi, vnicam esse interiorem facultatem sentientem. Nam si plures esse dicantur, nullo modo

congruenter possunt organa singula disponi. Aut enim sinus ipsos, aut cerebri substantiam dicere oportet esse organum. Sinus plures cum sint, in plures possent facultates distribui. Ac organa esse nequeunt: quòd nihil in illis nisi spiritus continetur; qui cum continenter fluat & nutretur, neque animatus sit, organum sensus esse non potest. Cæterorum sensuum organum idè permanet temper & animalis pars est. Deinde alius est finis huiusmodi finis, alius vltus: vt scilicet spiritum continentem temperarent, ac transmitterent. Eam enim ob causam ita fuerunt dispositi, vt anteriores duo vtriusque susciperent, & tum dextris tum sinistris exterioribus sensibus temperatum distaberent; tum verò ad posteriorem partem ad efficiendum motum transmitterent. Quòd si propter facilitatem formati fuissent, earum ordinè sentire debuissent. Tum verò in medio sinu multi sunt qui facultatem nullam agnoscant: plurimi etiam neque in postremo; quòd pars ea cerebri non sensui, sed motui dicata sit; neque inde sentientes, sed mouentes nerui ducantur.

De anterioribus autem duobus parū sapienter philosophaberis, si in altero communem sensum, in altero phantasiam locaueris. Tum quia nulla est ratio, cur in altero potius, quam in altero, hæc aut illam facultatem ponas. Tum quia sinus ambo perfectionis æqualis atque in eodem situ sunt; phantasia verò cōmuni sensui perfectior est. Accedit, quòd quæ est inter duas facultates hæc subordinatio: res communi sensui cognita ad phantasia traduntur; non eadem est inter duos illos sinus; neque ab vno ad alium patet via, qua spiritus & obiectum cognitū seu species à cōmuni sensui ad phantasia progrediantur. Sed neque cōmuni sensui cum exterioribus partis vtriusque sensibus communicare & cōsentire possit, aut illorum omnium obiecta & cognitiones diiudicare. Si namque in dextro sit sinus, cū dextris quidem, at nō cum sinistris sensibus cōsentire: nihilque planè cognosceret, si dextros animal quodpiam ita lætos aut impeditos haberet, vt fungi suis actionibus non valerent. At licet organa dextra claudatur, nihil tamen minus operatur cōmuni sensui. Eadem fuerit de phantasia difficultas, si in solo sinistro sinu ponatur. Hæc enim ipsa circa obiecta omnia sensibus externis hausta operatur. Quòd si in vtroque sinu tum cōmuni sensui, tum phantasia esse dicantur, erit nimirum summa facultatum harum cōfusio atque permixtio, dum in eodem ambæ organo collocantur. Memorie verò quodnam fuerit domicilium? Quippe postremus ille, qui ostenditur, sinus, in ea cerebri regione veratur, quæ motus, non sensus, propria est.

Iam si non in sinibus, sed in ipsa cerebri substantia querantur organa; profectò non nisi vnum inuenies. Quippe cerebrum totum vna existit massa, eiusdem rationis, substantiæ ac temperationis tota. Vel si posterior, pars paulò sicciore est & solidior, ea vel sentiendo inepta est, vel hebetem profectò ac imperfectum habet sensum; vel non tanta diuersitas est, quæ diuersum organum diuersamque facultatem possit efficere. Vnius igitur facultatis interioris organum tota erit anterioris cerebri pars, quæ sentiendo creditur esse dicata. Substantia inquam ipsa cerebri, non sinus. Tum quia ea est animata & animalis pars. Tum quia ex ea prodeunt nerui ad exteriores sensus: sinus continent ac temperant spiritum omnibus hæc operationibus

operationibus necessarium. Ac duo quidem anteriores & ampliores eum habent spiritum, quo sensationes omnes, tum exteriores, tum interiores, perficiuntur: postremus autem spiritum movet. Tertius inter hos medius velut canalus est, quo spiritus a sensu ad motum transmittitur ac nonnihil temperatur.

At enim inquit magnopere laedi memoriam, si posterior cerebri pars laedatur. Sanè quæcumque pars laedatur, perinde fuerit: & si maior sit læsio, non memoria modo, sed & cæteræ operationes laedantur. Quod si magna non fuerit, fieri poterit, ut memoria laedatur, non operationes cæteræ: Quod ea ut conservationem & repetitionem earum significat easque supponit; sic maiorem quandam & peculiarem organi dispositionem postulat. Sed & affirmare licet posteriore læsa cerebri parte, in qua nullus viget sensus, anteriorem quoque propter coniunctionem & consensum lædi; ideoque memoriam & operationes alias impediri, ut maior aut minor fuerit læsio.

Sunt quoque recentiores Philosophi, qui meningis potius, quam cerebri, interioris sensus organum esse contendunt: nec sine probabili ratione. Sed perinde vicum fuerit organum vnicæ rationis facultas.

At quis tandem eius operandi modus? Qui in exterioribus sensibus intentionales species posuerit, idem illi sensum interiore vti eis volunt. Eas enim inquit exterioribus hausit per nervos & spiritum, ad cerebrum usque multiplicari non minus, quam ab obiecto ad exterioris sensum fuerint per interioris mediæ multiplicatæ: Magis tamè immateriales subinde fieri, & alio atque alio affici modo, & idè alijs atque alijs operationibus famulari. Ego nulli eas sensui, minime autem interiori necessarias esse puto. Nam ut lumen mittam & obiecta cætera præter colores ipsa sese multiplicare, atque in illis intentionalem multiplicationem superuacaneam esse: fatentur earum auctores non nisi in lumine illas multiplicari. At & nervi ab organis ad cerebrum protensi sunt operari; & cerebrum ipsum, in quo suscipi species & conservari existimantur, tenebricosum est. Et spiritus quoque, in quo multiplicari eas oporteret, sanguineæ ac mixtæ substantiæ est, suaque natura opacæ aut certè minus lucidæ, quam aer, in quo sine lumine multiplicari non creduntur. Deinde quod eas aiunt in interiori sensu immateriales magis esse, magis illas suspectas reddit. Quod enim magis immaterialis est qualitas, minusque à subiecto, eò magis ab efficiëte pendet; ut lumen à corpore lucido, & ab obiecto species. Quis ergo fieri potest, ut ea sine subiecto conserventur tandiu & obiectum repræsentent; quemadmodum illi de phantasia & memoria dicunt? Præsertim quod siue in spiritu, siue in substantia cerebri suscipiatur; spiritus continenter fluit & subinde novus priore consumpto accedit; & cerebrum itè continuata nutritione mutatur in dies. Mutato autem spiritu aut cerebro, quomodo conserventur species ad quinquaginta & octoginta annos, post quos recordamur adhuc eorum, quæ pueris nobis acciderunt? Qui verò fiat, ut tam longo tempore non permisceantur nec confundantur? In exterioribus, n. sensibus præstò sunt obiecta, quæ distinctas illas conservent: hæc ab interioribus absunt. In illis pereunt illicò species omnes, si tollas obiectum; quod sine illo nec produci nec esse queant: quæ igitur virtute in interiori conser-

**A** uentur? Hoc cum earum natura & conditione omnino pugnare videtur. Quare et si sensus interior operaretur per species quandiu adfuit obiecta exterioresque operantur sensus: his tamen cessantibus obiectisque remotis alium cogitare oportet operandi modum. Illud verò proflus est admirabile, quod eas inquit in memoria thesauro conservatas redire interdum ad æstimationem virtutem & phantasiam, ut amici aut inimici cognoscat intentionem aliquidque formet phantasma. Neque dici potest, quomodo redeant atque ex vno in aliud subiectum migrent, quæ animæ virtute id fiat. Possent & ad oculum alioque exteriores redire sensus, & illis ac communi sensui absentia obiecta repræsentare. Ad extremum doceant, n. absentibus obiectis cognoscantur species, an obiecta per species. Species non cognoscuntur; sed ratio sunt cognoscendi ea, quorū sunt species. Quare ne in exteriori quidem sensu, in quo magis materiales sunt, cognosci dicuntur. Obiecta verò absentia quomodo per eas cognoscantur? Non enim vim habent repræsentandi & ducendi in cognitionem illorum; nisi quia illorum aliquid sunt, atque ab illis & productione & conservatione pendunt. At si obiecta sint absentia aut etiam plerumque omnino non sint, nullam cum illis connexionem habent, dependentiam nullam.

**C** Speciebus igitur nullis virtutis interioris sensus. Iste est huius sensus cum exterioribus nexus; ut dum hi operantur, is quoque cum illis simul operetur obiectaque præsentia percipiat. Sine hac prima cognitione, quæ simul cum exterioribus sensibus est, nihil unquam interior cognoscere potuisset: tantus est superiorum & inferiorum facultatum nexus & ordo. At si eam vel semel habuerit, ea est vis interioris sensus, tantopereque facultates superat exteriores, ut absentia quoque cognoscere valeat, si præsentia semel cognoverit. De phantasia ita loquitur ex Theophrasto Priscianus in libro de Phantasia & intellectu cap. 2. Non quemadmodum sensus præsentibus duntaxat sensibus moveri solet, ita semper & phantasia. Sed postquam semel fuerit mota, ex se ipsa expergiscit iam potest & phantasmata promere. Et rursum cap. 3. Phantasmata multifaria variat ex eo, quod superat sensum, atque ex se ipsa postquam semel mota fuerit ad formationem, utcumque ceperit, expergiscitur. Et iterum; Non semper opus est præsentia sensuum, ut phantasia moveatur: sed postquam semel experrecta est, in talis formæ parvi sibi ipsi sufficit. Duplex namque rerum cognitio haberi potest: aut præsentium intuitu, aut abstractione absentium. Exteriores virtutes intuentur præsentia; interior post præsentium intuitum abstractione quoque absentium uti potest: & verò etiam in eodem obiecto plures rationes sensuales aut non sensuales cognoscere; aliaque atque alia obiecta componere, suasque omnes cognitiones sæpius repetere. Atque ut cognoscit simul cum exterioribus sensibus obiecta præsentia, communis sensus vocatur: Ut autem absentia sibi fingit quasi præsentia, phantasia: Ut in illis non sensuales rationes dispicit, æstimatio: Ut demum rem antea cognitam recognoscit suasque actiones repetit, memoria nominatur.

Quomodo obiecta, retinetur.

DDDD

Digressio XVI. Quae phantasiae natura, definitioque consideratur.

Phantasiae definitio.

**E**rgo ut ad phantasiam, de qua principio dicere aggressus eram, reuertatur oratio; si eam Philoponus facultatem esse definiuit sensilium formarum per sensum susceptricem; sensiles formas non eas intelligas, quae ab obiectis immitti creduntur & imprimi. Non enim formaliter definiretur phantasia, ut à communi sensu distinguitur. Immo ne facultatis quidem omnino, quae idem cum illo sit, definitio foret. Si quidem impressio illa non in facultate, sed in organo fiat: et quae forma in organo corporeo, non in sentiēte facultate suscipiatur. Verum quomodo sensu uniuersè antea dictū est facultatē esse sensilium formarū susceptricē sine materia, eodē phantasiā quoque illas suscipere intelligendū est. Nimirū quatenus actione eam suscipit, quae phantasia potius sensilis rei forma producitur. Hoc solū intererit, quod sensus immediatē à sensili obiecto, phantasia intercedētē sensu formā eā suscipit. Aut à seipsa potius promit facultas utraque; sed altera immediatē circa obiectum praesens, altera interueniente sensu operatur atque in seipsa illius formam cognoscendo traducit. Neque Theophrasti sententia praetermittēda est. Is cum in cap. 14. anuli figuram suam tam intimè imprimētis in cera, ut ab hac obsignata aēr quoque obsignetur, proposuisset exemplum impressiois illius, quae ab obiecto fit in sensum atque à sensu in phantasiā: Sed haec quidem, inquit, passiones sunt in animatorum corporum; in animatis autem secus res habet. Nam ab his pati agere potius est & perfici. Perficitur autē phantasia à sensu in actum procedens, sicut sensus sensilibus. Quibus verbis planè significat passionem & susceptionem secus omnino in cognoscentibus & inanimatis intelligendas esse: atque haec quidem pati & suscipere formam aliudē impressam; illa verò à seipsis expressam potius & productam. Eadem Simplicio & Prisciano sententia. Sed quoniam pluribus haec de re in superioribus dictum est, solam adferam ipsiusmet Philoponi interpretationem. Sic enim idem ipse auctor interpretatus est. Quando autem dico phantasiam esse sensilium formarum susceptricē, ne putes ei typos à sensilibus imprimi (à secundis enim delerentur primi typhi) sed tantum rationes suscipit; eorū scilicet cognitiones. Quocirca eodem prorsus modo, quo sensus ab obiecto mouetur, phantasia quoque à sensu moueri dicitur. Non inquam naturalis & propriè dicto motu: sed quatenus ille à praesente obiecto, haec ab antecedente sensus cognitione prouocatur atque ad operandū excitatur. Quam ob causam non absolutè motū, sed quendam motū dixit. Sicut & in 2. lib. sensū non absolutè passionē, sed passionē quandā, hoc est minus propriè esse constituit. Et praeterea uerbū (videtur) apposuit (motus, inquit, quidā uidetur esse). Motus enim hic transitū quemuis à potestate ad actū significat. Et sensus cognitio forma quaedā est obiecti cognitio: quae phantasia proposita non minus illa potest ad actionem suam, hoc est phantasmatis formationem ac comprehensionem, excitare; quam realis ac naturalis forma sensui proposita ad sensationem illum extimulauerit.

Cognitiō gradus.

Per hocce nāq; gradus ascendit cognitio nostra, materialem formā paulatim eleuās atq; ad imma-

**A**teriale prorsus intellectiois cōditionē traducit formam in quā materiali, quae in corporib; coheret ad formā cognitā in sensu, ab hac ad formā à phantasia productā, quā phantasia dicim; ab hac demum ad intellectilem formā, quae est ipsa intellectio uera. In intellectu rei intellectu cōprehensio. Vnde multo magis simplex existit modus essendi eiusdem rei. Primum in seipsa seu in materia; dein de in cognoscere. Alter naturalis & materialis: alter secūdum esse cognoscitū & absque materia. Atq; hic rursus est triplex in sensu, in phantasia, in intellectu. In quibus triplex forma; sensio, phantasia, intellectio. Quibus plurima atq; admirabili uarietate pingitur ornatur anima cognoscendo; multoque ad nobiliori, quam natura. Quare cum haec omnes facultates cognoscentes optimè inter se conueniant & ordinatae; quod accepit vna, illud tradit alteri: prorsusque sensus circa exterium in cubitū obiecti, atque ab eo mouetur; phantasia & intellectus circa internum. Illa circa id, quod sensus cōprehendit: hic circa id, quod phantasia proponit. Quis sit, ut sensus praesentia sola perueniat; phantasia & intellectus absentia quoque. Ceterum enim sensus ad exteriora porrigatur, phantasia & intellectus circa interiora uerentur; in seipsum assumpta fuerint atque interius traducta; comprehendunt utique possunt etiam exteriora remouentur obiecta. Atq; hoc est, quod sensum actū operantem, hoc est cognoscentem & exterium obiectum interius allumentem, requirit Philosophus, ut quomodo operetur phantasia. Nam propterea quatenus est cœcus aut surdus, de coloribus aut sonis imaginari nil potest. Eandemque ob causam phantasia actu operante opus est, ut operetur intellectu. Verum si sic deinceps semper esse potest, res antea seipsum percepta seipsum post formatam phantasia; phantasia à sensu moueri in initio duntaxat operationis intelligendum fuerit, ut ea nequeat operari, nisi operatus antea fuerit sensus. Idque tum propter ordinem inter cognoscentes facultates sensilium, tum propter naturam illius propriam, quae cum ad exteriora non extendatur, prorsus in sensum, quo exteriora illa obiecta intus allumentur. Post uerò etiam sensus actu non fit, operabitur, sola hac antecedente sensus cognitione disposita. Vtrumque ex superioribus colligebatur & in prima etate phantasiam non esse dicebatur, quod ea esse nequeat, nisi antecesserit sensus. Et rursus tum in somnijs dum dormimus, tum in uigilia dum oculos claudimus, illam operari, eam sensus omnino celsè. Etenim illud quoque quod de intellectu dicitur, eum indigere phantasia; de intellectu, qui potestate sit, quique in rerum cognitionibus sibi comparandis ueretur, intelligitur. Qui enim actu consideratur aut cognitiōnem habitū adeptus est, postquam fuerit singula factus, ut uerbis utar Philosophi, per se ipsū operari potest. Itaque intellectui & phantasiae commune fuerit in initio egere sensu, ut ad operandum excitetur; tum uerò etiam sine sensu operari posse. Verum hoc differunt, quod intellectus ad formas & materia absolutas corporeoque typo carere potest, transit; quod eiusmodi ipse facultas sit. Phantasia in natura corporea & corporei typhi habente, quae admodū ipsa materialis est & corporea, dormiens semper: ut si uel ea, quae immaterialia sunt & a corpore soluta, imaginetur, per figuras & corporeas formas illa sibi proponat.

At enim

Digressio XVI